UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum, Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

Quid meretur Sacerdos, si infans absque baptismo moriatur. n. 54.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

Visual Library

Sacramento, ſi poſt ponatur alteri: ad quam eundum eſt Domino Parocho.

℞. Curet infantem per Laicum, ſi quis adſit ſciens & potens baptizare, & advolet ad lapſum: ſi vero non ſit, qui poſſit Baptiſmum adminiſtrare, præferat infantem viro. Ratio prioris reſponſionis eſt, quia ſic utrique ſuccuritur: poſterioris autem, quia ubi difficultas occurrit, accipiendum eſt illud, quod, habet minus periculi, ait *Doct. Angel. 3. p. q. 83. a. 6. ad 2.* in propoſito autem murario minus periculi eſt quàm infanti, dum ille poteſt ſeipſum juvare per contritionem & deſiderium confitendi, hic autem minimè.

CONFERENTIA XXVII.

QUidam Sacerdos ad omnia tardus, ſua cunctatione ſæpe in cauſa eſt, quod infantes absque Baptiſmo moriantur: Quid 54.
talis meretur, ℞. in can. quicunque *diſt. 4. de conſecr.* dici, deponatur, Et ſolent ſeveriſſimè puniri.

CONFERENTIA. XXVIII.

QUid faciendum Parocho, qui ſub Sacrificio Miſsæ monetur, infantem recens natum 55.
animulam agere, necadeſſe, qui ſciat baptizare. ℞. P. Gob. ubi ſup. n. 250. eum depoſitâ caſulà debere accedere ad ſubveniendum periclitanti [etiam poſt Conſecrationem, peractoque illo tam urgente negotio, perficere Sacrificium.

CON-